

A. D. 1312. — Isidor von Sevilla.
Bern, Stadtbibliothek, Ms. 129, fol. 34.

Pergamentkodex. Grösse: 32,5 × 23,5 cm. Unser Facsimile enthält Kap. 3—8 des 6. Buches der Etymologien des hl. Isidor von Sevilla. Am Schluss, fol. 120^r, steht folgende Unterschrift: *Hunc librum scripsit frater Iohannes de Ronchaux monachus Balm. In vigilia Penthecostes finivit anno Domini M^o CCC^o duodecimo. Quicumque legerit, dicat: Anima eius requiescat in pace. Amen. Amen. Amen. Amen. Amen.* Der Kodex wurde also geschrieben im Jahre 1312 in der Benediktinerabtei Balma in der Freigrafschaft, jetzt Baume-les-Messieurs, früher Baume-les-Moines, im Département du Jura in der Franche-Comté. Nach Bern kam der Kodex durch Bongars. Siehe die Beschreibung bei Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, p. 181. Siehe den Text bei Migne, *Patrologia latina*, t. 82, col. 235—238 (nach der Ausgabe von Arevalo).

Gotische Minuskel. Die Buchstaben sind nicht so spitz und eckig wie in manchen anderen Codices jener Zeit. Die Kapitelüberschriften sind rot, die Initialen der Kapitel abwechselnd rot und blau: auf unserer Seite sind **B, R, M** rot, **D, A, O** blau. Die Oberlängen von **b, h, l** haben oben links einen kleinen Zierstrich (I, 4).

Einzelne Buchstaben. **a** ist noch nicht doppelbogig; es hat die Uncialform, die in den früheren Jahrhunderten gebräuchlich war (I, 3). Das Häkchen von **e** setzt spitz an und ist gewöhnlich horizontal oder doch nur wenig geneigt (I, 3). **d** ist meistens rund, doch zuweilen gerade (I, 11, 42, 43). **f** hat meistens einen Strich (I, 1, 6). Der Hauptstrich von **r** macht unten oft eine kleine Biegung nach rechts; jedoch oft ist er gerade, und mit einem feinen Haarstrich versehen, der spitz ansetzt, wie in **i**; der Schulterstrich ist oft vom Hauptstrich getrennt (I, 1, 3, 4, 8); siehe die Form des runden **r** nach **o**, Spalte I, Zeile 36, 37, 38. **s** ist auch am Wortende fast immer lang, nur selten rund (I, 3); siehe die eigenartige Form des runden **s**, Spalte I, Zeile 9, 12; Spalte II, Zeile 8, 12. In **t** geht der Hauptstrich meistens über den Querbalken hinaus; **t** steht auch in der Regel dort, wo es den **z**-Laut hat, also wie in früherer Zeit (I, 1); Ausnahmen sind *teratium* (II, 24) und *licenciosum* (II, 38); andererseits steht **t** auch in *tenator* (I, 36). Rundes **u** steht

regelmässig für **u** und **v**, nur am Anfang von Sätzen und Nebensätzen findet sich das spitze **v** (I, 8, 9; II, 33, 44).

Zahlreiche Abkürzungen, deutlich geformt und leicht aufzulösen. Als allgemeines Kürzungszeichen steht meistens ein Querstrich, doch öfters, besonders nach Buchstaben mit Oberlänge, ein senkrechter, geschlängelter Strich (I, 7, 15, 25; II, 40, 42). Sehr häufig sind die Kürzungen mit übergesetzten Buchstaben (I, 4, 5, 9); **re** ist durch ein übergeschriebenes **e** ersetzt, **er** durch einen geschlängelten senkrechten Strich (I, 3, 5, 6, 11, 15). In der Silbe *io* wird **i**, und in *ime* werden **i** und **u** ausgelassen (*examinatio*, I, 1; *repositio*, I, 4). Das übergeschriebene **a** ist offen oder durch einen langen Strich geschlossen (II, 4, 5, 23, 30). Das tironische Zeichen für **et** hat in der Mitte einen Querstrich (I, 15). Siehe das tironische Zeichen für *am* (I, 33). Zahlreiche Bogenverbindungen, z. B. *ca* (II, 38, 39); *co* (II, 4); *de* (II, 28); *de* (II, 1, 19); *de* (I, 3); *fo* (II, 13, 23).

Zur Interpunktion steht sowohl für die grosse wie für die kleine Pause ein Punkt, gewöhnlich auf mittlerer Höhe der Buchstaben (I, 4, 5, 8, 9). Neue Sätze beginnen mit einem grossen, meist mit Tinte gefüllten Buchstaben (I, 4, 5, 10, 14).

Ein Bindestrich am Zeilenende (I, 3, 4); oft ist er ausgelassen (I, 29, 42). Für *lingua* setzt der Schreiber *linga* (I, 16, 24, 28, 34), für *loquuntur loquuntur* (II, 25).

autoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. **III. De bibliotheca.**

Byblioteca a greco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam „byblio“ librorum, „theca“ repositio interpretatur. ¹⁾ Bybliothecam veteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a Caldeis, dum Iudei regressi fuissent in Ierusalem, divino afflatus spiritu reparavit; cuncta[que] legis ac prophetarum volumina, que fuerant a gentibus corrupta, correxit, totumque vetus testamentum in XXII libris constituit, ut tot libri essent in lege quot habeantur et littere. Apud Grecos autem bibliothecam primum instituisse Pisisstratus credidit, Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerses, incensus Athenis, eiecit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Greciam retulit. Hinc studium regibus uribusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in grecam linguam vertendi. **IV. De interpretibus.**

Dehinc magnus Alexander, vel successoris eius, instituendi omnium librorum bybliothecis animum intenderunt, maxime Ptolomeus cognomento Philadelphus, omnis literature sagacissimus, cum studio bybliothecarum Pisisstratum emularetur, non solum gentium scripturas sed etiam divinas litteras in bybliothecam suam contulit. Nam LXX milia librorum huius temporibus Alexandriae inventa sunt. Hic et ab Eleazaro pontifice petens scripturas veteris testamenti in grecam vocem lingua ex hebraea per LXX interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bybliotheca habuit. Singuli siquidem in singulis cellulis separati ita omnia per Spiritum sanctum interpretati sunt, ut nichil in alicuius eorum codice inventum esset, quod in ceteris, vel in verborum ordine, discreparet. Fuerunt et alii interpretes, qui ex hebraea lingua in grecam sacra eloquia transferunt, sicut Aquila, Symachus et Theodotion, sicut etiam in vulgaris illa interpretatio, cuius auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea VII^{ta} et VII^{ma} editionem Originis miro labore reperit et cum ceteris editionibus coaptavit. Presbiter quoque Ieronimus, trium linguarum peritus, ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas convertit, eloquenter transfudit, cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nam est et verborum tenacitas et perspicuitas sententiae clarior, atque, utpote a christiano, interpretatio verior. **V. Qui primum libros Romanis advenxit.**

Rome primum librorum nis advenxit, copiam advexit Emilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto; deinde Lucullus e pontica preda. Post hos Cesar dedit Marco Varroni negotium maxime bybliothecae construende. Primum autem bybliothecae publicavit Pollio, grecas simul atque latinas, additis auc-

VI^{ta}

torum imaginibus in atrio, quod de manibus magnificentissimum instruxerat. **VI. Qui apud nos bibliothecae instituerunt.**

Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Caesariensis conscripsit, Pisisstratum in sacre bibliothecae studio primum adaequare contendit. Hic enim in bybliotheca sua prope XXX voluminum milia habuit. Ieronimus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quereutes ordine prosecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt. **VII. Qui multa scriperunt.**

Marcus Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros conscripsit. Apud Grecos quoque Calciterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit, quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix posset. De nostris quoque apud Grecos Origenes in scripturarum labore tam Grecos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique Ieronimus sex milia librorum eius se legisse²⁾ fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam sed nec legere quidem occurrat. **VIII. De generibus opusculorum.**

Opusculorum genera esse tria. Primum genus excerpta sunt, que grece scolia nuncupantur: in quibus ea que videntur obscura vel difficilia, summam ac breviter perstringuntur. Secundum genus omelie sunt, quas Latini verbum appellant, que proferuntur in populis. Tercium est thomi³⁾ quos nos libros vel volumina nuncupamus. Omelie autem ad vulgum loquuntur. Thomi vero, id est libri, maioris sunt disputationis, dialogus duorum vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. Nam quos Greci dialogos vocant, nos sermones vocamus. Sermo autem dictus, quia inter utrumque seritur. Unde in Virgilio: „Inter se multa serabant.“ Tractatus autem est unius rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa sententia vel sententia contractando secum. Differt autem sermo, tractatus et verbum. Sermo enim altera eget persona, tractatus specialiter ad se ipsum est, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur: „Verbum fecit ad populum.“ Commentaria dicta quasi „cum mente“. Sunt enim interpretationes, ut commenta iuris, commenta evangelii. Apologium est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim⁴⁾ aut negatione sola positum est, et est nomen grecum. Panagiricum est licenciosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum, in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a Grecis exortum⁵⁾ est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciarum nebulas suscitavit. Fastorum libri sunt, in quibus reges et consules scribuntur, a „fascibus“, id est potestatibus, dicta. Unde et Ouidii libri fastorum

¹⁾ An Stelle von *byblio* sollte das griechische Wort *βιβλίον* stehen, und an Stelle von *theca* *θήκη*. ²⁾ Die Ausgabe von Migne hat *selegisse*. ³⁾ Im Manuskript *thennii* oder *thennii*; siehe die folgende Zeile. ⁴⁾ n, von zwei Punkten eingeschlossen, ist übergeschrieben. ⁵⁾ Im Manuskript *exortum*.